



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

38 Pacta etiam contra jus laicale, emphiteusi apposita, sunt servanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- Centur. 1, distinctione 67, n. 16. ubi subdit quod faciens huiusmodi locationem domino inconsulto cadit æquè, ac si alienasset, numero 18, & Alexander *conf.* 164, vol. 2.
- 38 Emphiteuta ꝑ inivit pactum cum domino directo, quod non possit expelli, etiam, si nunquam solveret canonem, aliaque plura facta fecit contra communes juris regulas. Quæritur an dicta pacta, & conventiones valeant, & primò est præsupponendum, quod duplex sit emphiteusis, nempe ecclesiastica & laicalis. Conventio autem cum domino temporali de emphiteusi seculari facta, quod propter canonis solutionem nunquam devolvantur, nec emphiteuta expelli possit, valet, quia pacta sunt servanda, l. pen. C. de pact. in term. gloss. in l. 2. ver. expellere, vers. respò deo, & ibi Ias. post alios, qui testatur dictam gloss. communiter esse receptam, C. de jur. emphit. num. 118, Specul. de loc. & emphit. §. nunc aliqua, num. 112.
- 39 Pactum etiam ꝑ inter Rectorem ecclesie, & laicum, in instrumento emphiteutico appositum, quod res emphiteutica non incidat in commissum arguendo à Fisco ad ecclesiam, valere, & esse servandum tenet Bart. in l. fundi, num. 2, C. de fund. patr. lib. II. quem sequitur Ias. d. l. 2. num. 119.
- 40 Sed alienatio ꝑ bonorum ecclesiasticorum est de Papæ reservatis per d. extravag. ambitiose de reb. Eccl. non alien. cap. non liceat Papa, & ibi Archidiaconus. 12, quest. 2. & Navar. in tract. de spol. cleric. §. 2. num. 1, tom. 2. Vnde cum Prælatus non possit bona ecclesiastica emphiteuticare, etiam pacta in instrumento contra juris
- dispositionem apposta non valent, ut infra patebit.
- 41 Valet ꝑ tamen emphiteutica concessio cum clausula pro se, & quibus dederit, quo casu poterit emphiteuta etiam irrequisito domino eadem bona emphiteutica alienare, ut est communis opinio de qua testatur Dec. in *conf.* 164 num. 3. vers. secundo respondetur, quem sequitur Clar. sent. lib. 4. §. emphiteusis, quest. 13. vers. ulterius quæro. Quæ opinio est vera, & ab ea in iudicando non est recedendum, quando agitur de emphiteusi seculari: quia ꝑ dummodo pacta non sint contra substantiam aliàs naturam contractus; etiam quod sint contra accidentalibus contractus, valent Bar. in l. 2. num. 6, & ibi Ias. num. 118. & 119. C. de jur. emphit. & Specul. lib. 4. par. 3. de loc. & emphit. num. 112. ratio est: quia ꝑ cum laicus sit dominus bonorum suorum, super illis pacta sibi bene visa apponere potest, cum quilibet jure suo si moderator, & arbiter l. in re mandata, C. mand. & l. sed, & si lege §. consuluit, ff. de petit. heredit. & propterea pater potest omnia bona sua vendere, & proicere in mare, non obstante præjudicio liberorum, gloss. in l. 1. vers. ex duobus, C. de off. don. & Cravet. in *conf.* 217. num. 1. & 2. par. 2.
- 44 Prælati verò ꝑ & ecclesiarum Rectores non sunt Domini bonorum ecclesiasticorum, ut probavi supra sub num. 6. quinimò nec habent dominium de redditibus ipsorum, cum nec de his eorum arbitrio disponere possint, sed, qui ad congruam sustentationem supersunt, in usus pauperum distribui debeant cap. rec. Ecclesia, & cap. nulli Episcoporum, & cap.